

## Regesten zur Geschichte des Cistercienserstiftes Goldenkron 1560—1660.

Mitgetheilt von Ferd. Tadra.

(Fortsetzung zu Heft I. Jahrg. XIII. S. 13—23.)

1618, 22. Martii. Scribit quidam Martinus Weis, probabiliter procurator et agens monasterii, quod mandatum a locumtenentia datum transmittat, quo arcensibus demandatur, ut sufficientiam lignorum monasterio libere permittant.

— 23. Junii. Caesar Matthias mandat, ut abbas S. Coronae capitaneo, qui cum uno vexillo militum Crumlovium ad quartirium missus est, in necessariis succurat et contributiones non Pragae sed in arce Crumloviensi tunc ad regem spectante deponat.

NB. Hinc apparet, quod monasterium Pragae contributiones deposuerit. Paulo ante videlicet 23. Maii eiectiones fuerunt domini Pragae e fenestris et ideo exorto tunc initio rebellionis caesar Matthias ad monasteria suum refugium habuit scripsitque in hac forma et Plassium et Altovadam.

— 25. Septembris. Caesar Matthias mandat abbati Georgio Huebero, ut a se et a suis subditis contributionem et quintum subditum, si opus fuerit, tradat Budvicium regio capitaneo Joanni Aulher.

1620, 18. Junii. Monasterium S. Coronae expilatum fuit (v. Studien etc. Jahrg. XI. [1890] S. 35.)

— 23. Julii. Ferdinandus II. confirmat autoritate regia Gangolphum abbatem Altovadi et dat licentiam abbati Hilariensi ob bellorum metus impedito visitatore Boemiae praesidendi isti electioni, cuius confirmationis copia de Boemico in Germanicum simul versa habetur.

— 24. Septemb. Salvus conductus a Balt. Marradas Georgio abbati Passavium pergenti.

1621, 5. Februar. Princeps Lichtenstein constitutus hac in parte caesareus commissarius monet et mandat, ut restantiae militares persolvantur.

NB. Colligitur, tunc Taborium et Trebonam in manibus hostium fuisse.

— 15. Februar. Scribit capitaneus ex Memniko (?) nomine principis de Lichtenstein, ut Don Balthasaro Budvicii contributiones abbas S. Coronae deponat.

Supplicat Georgius abbas post spoliationem monasterii ad caesarem pro renovatione telonei in ponte, 50 urnis vini ex arce annue, decem magnis feris, pro molis in Longoponte et Rajovii et pro 40 cuppis salis.

1622, 8. Januarii. Ferdinandus II. confirmat donationem Rudolphi II. factam monasterio super telonium ad pontem Rogaw.

— 17. Januar. Assignatio taxae pro exsolvenda confirmatione telonii ex ponte Rajoviensi a cancellaria aulica Bohemica, videlicet 115 fl., sed hanc primum exsolvit successor Georgii Andreas Pacman 1623 pro 17 imperialibus.

— 21. Januar. Obligatio Georgii Hueber super acceptis 50 fl. mutuo a domino Briberel mercatore Viennensi.

NB. Videtur fuisse Viennae in aliquo negotio, in procuranda telonii Rajoviensis renovatione forte.

— 14. Februar. Archiepiscopus Pragensis intercedit apud visitatorem ordinis Cisterciensis pro Georgio Hueber abbate, ne de hac abbatiali dignitate deponatur.

— 20. Martii. Comes Marradas scribit Georgio abbati, ut subministret suo militi Crumlovium provisionem victualium.

— 4. April. D. Michael abbas Alderspacensis ad monasterium S. Coronae iter disposuit, intelligens vero absentiam Huberi, iter distulit, consolatur praeterea in literis d. Huberum, ut eos, qui amotionem illius conspirant, non timeat promittitque, si hoc tentaretur, omnimodam ei fidelem assistentiam. (NB. Huber fuit Praegae, supplicavit ad principem de Lichtenstein.)

— 22. Junii. Georgius abbas rogat principem de Lichtenstein, ut intercedat apud caesarem, quatenus in refusionem ablatarum rerum per hostem accipiat monasterium rebellis Wilhelmi Kotzii bonulum dictum Koroschek.

— 7. Novembr. Generalis ordinis commisit abbatibus Hilariensi et Altovadensi S. Coronam visitandi, abbatem corrigendi et si opus sit deponendi.

— 23. Decembr. Prima donatio domini Crumloviensis cum appertinentiis ab imperatore Ferdinando II. Eggenbergensibus.

1623, 23. Februar. Carolus de Lichtenstein petit a Georgio abbate informari, quantum pro una compagna peditum defuncto domino Aulner et domino de Colowrat in pecunia et anona tributum sit.

Georgius Abbas resignat abbatiam S. Coronae.

— 6. Aprilii. Ordinantia a d. Maximiliano Pechler, anonae commissario, ad abbatem S. Coronae, qua immediate petuntur foenum, stramen etc. a monasterio pro reginine Marradas.

— 28. Aprilis. Dum dominum Crumloviense traderetur principi ab Eggenberg, fuerunt commissarii ex parte imperatoris d. Georgius Wilhelmus Michna de Waczinowa et Adalbertus Bechinie de Lažan, ex parte principis d. Joannes Georgius Zdiarsky de Zdiar et Kladaw, Andreas Segregorius a servitiis agens Laurentius etc. Ex libro Memorab. Altovad.

- 1623, in Junio. Gangolphum abbatem Altovadensem cum Georgio Huebero abbate S. Coronae fuisse in conventu statuum testatur Joannes Negelin conversus senior Altovadensis. Vide eius attestationem 21. Augusti 1663. Ex libro Memorab. Altovad.
- in Junio. Rev. Georgius Hueberus salutatur quendam et bona Crumloviensia data esse principi ab Eggenberg inaudiens rogatur, ut illa (quae Petrus de Rosis violenter monasterio abstulit et dominio Crumloviensi adiunxit) monasterio si non in integrum saltem de potiori restituantur.
  - 15. Junii. Generalis ordinis miratur vicarii generalis in Bohemia negligentiam datque potestatem Hilariensi et Altovadensi abbatibus praesidendi novae electioni post resignationem Huberi in S. Corona.
  - 22. Septembr. Electus d. Andreas Paceman praesidentibus dd. abbatibus Altovadensi et Hilariensi et praesente administratore domini Eggenbergici cooperanteque ad excipiendum homagium a subditis petit a visitatore, ut ratam habeat suam electionem, quod sit fundata in auctoritate generalis.
  - 26. Septembr. D. Andreas Paceman electus in abbatem S. Coronae commendat se protectioni principis ab Eggenberg et ob eodem confirmationem petit. (NB. Nulla exstat huius abbatis confirmatio et ideo vix petita. An allegandum? Videtur autem res suspecta et hoc scriptum per modum formulae ex arce missum fuisse.)
  - — Abbates delegati ad eligendum abbatem in S. Corona, Hilariensis et Altovadensis, scribunt principi ab Eggenberg, Georgium Hueber resignasse aliumque nempe Andream Paceman electum et infulatum esse eique a principis officiali traditam in temporalibus potestatem, rogant denique, ut princeps id ratum et neoelectum abbatem recommendatum sibi habeat.
  - s. m. Scribunt religiosi nostri ad monasterium Plagense, quod hostis Boemiam in tribus locis invaserit et nonnisi 5 miliaribus Praga distent ideoque fratribus nonnisi fugiendum superesse, rogant itaque, ut fratres, quos cum rebus monasterii mittunt, interim suscipiant et iis de habitatione et sustentatione per aliquod tempus provideant, se vero brevi ex necessitate subsequuturos dicunt.
  - Abbas (aut forte praepositus) Borovanensis mittit abbati S. Coronae librum privilegiorum et rogatur, si quid in archivis Rosensium monasterium suum concernens reperiri posset, ut inquirat.
  - Scribit aliquis abbati S. Coronae, quod folia illa miranda ex tilia Coronensi Ser. archiducum praeceptorum Bohemici muneris loco miserit quodque ad ipsorum archiducum manus

pervenerint, ipse vero praeceptor quod taliter sibi de foliis scripserit: Res certe memoria digna, arborem a 200 annis testem martyribus gloriosis adhuc stare et toti mundo veritatem fidei, pro qua illi mortem oppetere, palam facere. Petit itaque plura similia folia sibi mitti et ea Viennam praesentaturum dicit.

1624, 2. Junii. Vidimus, quo apparent expensae in milites Bavaricos factae, nullaque fit mentio quiettanciae arcensis.

1625, 21. Septembr. Rev. d. Georgius Vrat abbas Aulae Regiae scribit Rev. Andreae Paceman ob contributiones ordinis.

Item mittit indicem privilegiorum nostri monasterii Pragae in camera repertum.

1626, 23. Januarii. Commissarii caes. citant d. Andream Paceman, ut ad 10. Martii Pragae compareat et producat (si quas praetensiones ob alienatam fundationem seu donationes habet) legitimas sive originales sive vidimatas super hoc litteras.

NB. Hic monasterium nihil habuit, quod produxisset authentice, quia primum exopt hoc eodem anno privilegia recepit Trebona.

— Februar. D. Andreas Paceman informat deputatos commissarios caesareos, qualiter bona monasterii S. Coronae ad manus saecularium devenerint et abalienata sint rogatque, ut Suam M<sup>tem</sup> bene informant et intercedant, ut illa bona monasterio restituantur.

— 10. Martii. Inventarium privilegiorum monasterii S. Coronae a camera sub nomine Reverendissimi S. Coronae fratri Georgio Saalfeldt Aulae Regiae professo extraditum.

— 30. Martii. Ad humilem petitionem abbatis S. Coronae Ferdinandus III. regenti arcis Trebonensis mandat, ut privilegia monasterii, quae non essent specialis considerationis, abbati extradat, servatis tamen eorundem authenticis descriptionibus.

— 24. Aprilis. M. Adamus Putscher requisitus, ut (in archivo forte Trebonensi) inquirat scripta antiqua de Lhota pago, respondet, nihil inveniri nisi aliquam sine sigillo, quam transmittit, chartam et super curia in Slun. [sic] et quasdam lites cum praeposito Wissegradensi olim habitas.

— 31. Octobris. Vidimatio praefationis ad vidimus privilegiorum monasterii S. Coronae positae in membrana de a. 1626 ultima Octobris, ex qua patet, privilegia nostra in arce Trebonensi fuisse fraudulenter a Rosensibus detenta et primo a Ferdinando III. difficulter monasterio restituta.

Copia, quantum circa recuperationem privilegiorum, inventariorum etc. monasterii S. Coronae expositum sit, nempe 59 imperiales 75 kr. — (Syndicus Budvicensis fatetur, se accepisse

- pro emendis decem pellibus membraneis et descriptione 44 privilegiorum pro vidimatione etc. 114 fl. 30 kr.)
- 1627, 11. Aprilis. Rev. d. visitator Vrat scribit Rev. D. Andreae Paccman, ut ad citationem Emin. cardinalis ab Harrach die praescripta Pragae compareat ad translationem S. Norberti et consultandum circa reformationem fidei.
- 8. Septembr. Mandatum Ferdinandi II., ut Rev. Andreas Paccman Budvicii senatum renovet.
  - 24. Septembr. Budvicenses mittunt regium mandatum abbati ratione renovandi senatus et petunt sibi nominari diem solennitatis futurae.
  - 20. Novembr. Cardinalis ab Harrach dat autoritatem abbati S. Coronae, ut professos suos idoneos investiat et inducat ad parochias Nettolitz, Boletitz, Kojav, Czernitz, Chvalssing, idque ad sex annos.
- 1628, 15. Aprilis. Ex tabulis regni authentica confirmatio donationis dominii Crumlov. Eggenbergicis a caesare Ferdinando II. et eiusdem dominii elatio in ducatum.
- 13. Junii. Rev. d. Vrat monet d. Andreae Paccman, ut cum transactio fieri debeat cum imperatore circa bona ecclesiastica abalienata, producat apud se vel Eminent. cardinalem ab Harrach praetensionem suam in bona.  
NB Potuit dare, quia hoc anno iam privilegia habuit, cum ea a. 1626 acceperit.
  - 28. Augusti. Rev. d. Vrat scribit Rev. Andreae Paccman, quod supplicem ad Emin. cardinalem ab Harrach porrexerit, et dilationem negotii ad 3 septimanas acceperit.
- 1629, 2. Aprilis. Rev. Andreas Paccman confitetur cancellariae caesariae super agros et prata suorum subditorum et quantum in uno manso seminetur.
- 2. Octobris. Abbas Andreas Paccinan constituitur commissarius pro renovando senatu Budvicii.
  - 8. Novembris. Budvicenses salutant abbatem S. Coronae propter renovationem senatus ibidem, cuius solennitatis petunt differri diem usque ad reditum aliquorum suorum concivium Vienna.
- 1630, 13. Maii. Parochiani Chalssinenses accusant suum parochum, quod nolit suo ludimagistro dare quod tenetur, item quod excedat in stola, quod festa non promulget, quod illos asinos, nequam etc. compellet.
- 14. Maii. Petit Joannes Charmensky ab Em. cardinali licentiam, ut abbas S. Coronae Paccman lapidem angularem in sacello B. Virginis Dolorosae prope Budvicium ponat.

- 1630, 18. Maii. Eminentissimus concedit licentiam, angularem lapidem ad B. V. Dolorosam prope Budvicium, vulgo Bonam aquam, ponendi Rev. d. Andreae Pacman.
- 11. Decembris. In festo s. Damasi scribit Praga Joannes Wencelius abbas Aulae Regiae Rev. d. Andreae abbati, quod a quo accordat cum abbate Wellehradensi de sua pensione post resignationem aut depositionem dignitatis abbatialis maneat in miserrimo monasterio Sedlicensi, ubi nil ordinis aut conversationis invenitur, ut itaque misereatur sui et sibi parochiam aliquam germanicam si vacat det, si non vacat ut se usque ad vacantiam suscipiat ad monasterium, quod velit pro se et uno famulo sustentando pendere annue 100 imperiales.
- s. d. Abbas S. Coronae -- uti videtur Andreas Pacman -- scribit archiepiscopo Pragensi, transivisse nuper patentes, ut omnes parochi per suos collatores Pragam sistantur cum inventariis parochiarum. Cum autem S. Corona specialibus pontificum indulgentiis sit dotata, ut nonnisi archidiaconis suos pro cura animarum exponendos praesentet, et tandem abbas propria autoritate eos investiat, quod etiam absque contradictione ab immemorabili tempore practicatum est, idcirco rogatur archiepiscopus, ut penes antiqua indulta monasterium sinatur et quod velit tales parochos una cum inventariis archidiacono praesentare.
- 1631, 20. Februarii. Committitur renovatio senatus Budvicensis Andreae abbati.
- 22. Septembris. Budvicenses transmittunt praefatam commissionem Andreae abbati.
- 26. Septembris. Abbas Andreas inculpat Budvicenses de tamdiu dilata commissione et tarditatem hanc suae M<sup>ti</sup> relaturum se dicit.
- 11. Novembr. Iterato committitur a S. M<sup>te</sup> renovatio senatus Budvicensis Andreae abbati.
- 22. Novembr. Mandat dd. locumtenentes, ut abbas S. Coronae mittat quintum virum pro fortificando Budvicio.
- 23. Nevemr. DD. locumtenentes petunt certa pecora pro militibus venturis.
- 17. Decembr. Citatur Andreas Pacman ad Em. cardinalem ab Harrach ad comitia Budvicii 1632, 2. Januarii celebranda.
- 1632, 30. Januarii. DD. locumtenentes petunt decem viros pro fortificando Budvicio.
- 19. Februar. Quietantia super frumento Budvicii deposito.
- 10. Martii. Intimantur ab Henrico Hipphofer milites venturi ad dominium S. Coronae.
- 20. Martii. Commissarii petunt a S. Corona profiant.

1632, 2. April. Commissarii de eodem ad abbatem.

- 9. April. Intimantur venturae duae compagniae militum in Moyne et Zahorkowitz a commissario Sudek.
- 16. April. Assignatur d. abbati deponenda contributio Taborii.
- 26. April. Monetur abbas a Nicolao . . . [sic], ut praeparet comteatum venturis militibus ex Austria.
- 21. Maii. Locumtenentes petunt trabes ex silvis monasterii pro fortificatione Budvicensi.
- 22. Maii. Locumtenentes petunt vecturas pro devehendis pulveribus Lintzium.
- 16. Septembr. Locumtenentes petunt 100 viros a monasterio S. Coronae pro fortificatione Budvicensi.

1633, 10. Martii. Conqueritur ad officialem principis abbas Andreas, quod sint onera subditorum magna et aliquid subiectum se principi esse fatetur.

- 3. Maii. Locumtenentes petunt a S. Corona sex currus pro vehendis fomitibus Plsnam (ab Altovado totidem et a dominio Crumloviensi 10).
- 14. Maii. DD. capitanei districtus Prachensis monent abbatem de praefatis 6 curribus.

1634, 21. Januar. Arx Crumloviensis petit manumissionem ab abbate ut collatore, ut manumittat subditam ecclesiae Chwalsingensis.

NB. Nunc sibi volunt usurpare arcenses subditos huius ecclesiae et dicunt etiam principis esse subditos. Videantur litterae ad parochum illius loci de a. 1683.

- 2. Martii. Assignatio comteatus per quartirmeister independenter ab arce Crumloviensi.
- 16. Mart. Acres litterae, quibus arx Crumloviensis restantes petit contributiones.
- 19. April. Acres litterae ab arce ratione contributionis ex passione, quod noluerit abbas permittere, ut concedatur rusticis principis pecunia ab ecclesia Cajoviensi, nec ut refundantur principi ab eadem ecclesia 501 sexag. 28 gr. 2 d., quas ille in erectionem popinae suae sub titulo scholae penes eandem ecclesiam expenderat. Super has litteras miserunt executionem 2. Maii, per quam urgebatur abbas deponere 1500 fl., quos ille prius militibus ad mandata commissariorum extradiderat.
- 29. Julii. DD. locumtenentes mandant, ut dentur duo currus pro devehenda munitione Budvicium a monasterio.

1634, 16. Decembris. Visitator d. Greiffenfels scribit abbati S. Coronae motiva, quibus posset Sua M<sup>tas</sup> inclinari, ut hoc monasterium a jugo Eggenbergico eximatur, cum ista protectio sit monasterii ruina et interitus.

1635, 2. Januar. Abbas communicat praefatas litteras abbati Altovadensi volens se illi adjungere, ut unitis viribus pro sui liberatione agant.

— 13. Februar. Capitaneus Crumloviensis scribens abbati, quod velit compositionem facere Cajovii inter parochum et aedituos, vocat principem Eggenberg. abbatis collatorem.

— 19. April. Gravamen abbatis scribentis ad arcem Crumlov. eo quod arx petierit a monasterio restantias 1500 fl. Circa annum 1635 ineeperunt Eggenbergici disputare abbati S. Coronae collaturam Cajoviensem accusantes eum false apud cardinalem, quasi intradas illius ecclesiae ipse ad se traheret, cum tamen ipsi illi ecclesiae rapuerint, et popinam sibi sub titulo scholae erexerint.

1636, 22. April. D. Andreas Paceman citatur ad comitia.

— 8. Maii. Andreas abbas emit piscinam a d. Chval Kunass pro 950 sexag. Contractus intabulatus fuit eodem anno 21. Octobris.

— 19. Junii. Colligitur ex his, abbatem Audream fuisse deputatum principalem commissarium a Sua M<sup>te</sup> in puncto restituendorum benorum monasterio Trebonensi.

— 4. Septembr. Citatur abbas Andreas ad comitia.

— 22. Septembr. Abbas Andreas instituitur a dd. locumtenentibus commissarius ratione litis inter Buquoyanam comitissam et dominum Schreiner.

Videantur Astrum inextinctum Romani Hay et documenta rediviva monasteriorum.

(Schluss folgt im nächsten Heft.)

